fragmenta ſarciri nullo modo queunt, inſeſtantur autem plurimis uitijs, ſcabro, ferrugine, maculoſa nube, occulta aliquando uomica, præduro facilicꝫ centro & ſale, eſt & aliqbus ruffa rubigo, alijs capillamentũ rimis ſimile. hoc artifices cælatura occultāt puræ præſtantiores ſunt acentracꝫ appellā tur, id eſt ſine punctis centriſue. Medici tradunt quę in corporibus urēda ſunt, nō utilius fieri poſſe q̃ cryſtallina pila aduerſus ſolis radios oppoſita, nā et materia ſicca adhibita flammā excitat, plura magorꝫ uanitas de his promittit, quæ credere nec piũ eſſet, eam & medici uim habere dicunt, q̄ ore geſtata ſitim reſtringat, et renibus ſuſpēſa mederi. Nonnulli tradũt ſi trita cũ melle a muliere ſumat̃ lac ciere. Tinguntur ex eis Smaragdi aliicꝫ tranſlucentes. quod diſcernere haud facile eſt.

De Iri.

Iris radicē Cryſtalli habet ex argumēto Iris uocata Nā radijs icta ſolis, rutilo aeris repcuſſu cœleſtis arcꝰ ſpeciē in ꝓximos parietes iaculat̃. Inuenit Iridē Arabs ī mari rubro, ſicut cryſtallũ ſexāgulatā a Berōice urbe ſexaginta milia paſſuũ, ob id qdā eā prętermutatā uarietatē cryſtallũ dixere, eſt aũt lateribꝰ ſcabris, et angulis inæq̄libus, ī ſole apto ꝓiecta, radios in ſe recādētes diſcutere dicit̃,